Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses argumenti chirurgici

https://hdl.handle.net/1874/291538

12

THESES

ARGUMENTI CHIRURGICI.

12

THESES
ARGUMENTI CHIRURGICI,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IACOBI ISAACI DOEDES,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE

IN ARTE CHIRURGICA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

AART VAN AMEIJDEN VAN DUIM,
MEDICINAE DOCTOR,
Roterodamensis,

A. D. XIII M. OCTOBRIS, A. MDCCCLXIV, HORA VIII DIMIDIATA.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA

Traiecti ad Rhenum,
APUD J. VAN BOEKHOVEN.
MDCCCLXIV.

THESES.

I.

Specillum uteri „à demeure" vocatum, non est adhibendum.

II.

In vulneribus articulorum penetrantibus sutura cruenta cito facta magni est momenti.

III.

Exploratio cum instrumento „troikar explorateur" quod vocatur, non in omnibus casibus operatio est innocua.

IV.

In applicando instrumento a Malgaigne invento pro fractura patellae, margines patellae circumdare unguibus optabile est.

V.

In luxationibus non semper musculi pro veris repositionis impedimentis sunt habendi.

VI.

In ulceribus imprimis extremitatum inferiorum incurabilibus transplantatio cutis est commendanda.

VII.

In bubonibus ulcerantibus margines cutis a tela subjacente solutae auferendi sunt ad accelerandam curationem.

VIII.

Impedimentum repositionis luxationis pollicis saepe oritur ex interpositione capsulae.

IX.

In irritatione chronica frigus non est adhibendum.

X.

Narcotica agunt nonnunquam ut antiphlogistica.

XI.

In herniis inguinalibus voluminosis indagatio positionis funiculi spermatici nonnunquam ratio est unica ad dignoscendum utrum internae an externae sint.

XII.

Blennorrhea oculi quae in gonorrhea occurrere solet quamquam saepe non tamen semper oritur e contagio.

XIII.

Facio cum STROMEYER in abcessubus a congestione tractandis.

XIV.

Sutura „doppelnaht von KÜCHLER" quam vocant plurimum valet in perineoplastia.

XV.

In ligatura arteriarum ligamenta tenuiora sunt praeferenda.

XVI.

Boni ominis est si, incarceratione sublata, color intestini jam statim paululum in melius mutatur.

XVII.

Ophthalmia neonatorum non semper oritur e contagione leucorrheae.